

29
#2

Q. D. B. V.

AD

D I E M

GYMNASII ELBINGENSIS
NATALEM

CENTESIMVM SEXAGESIMVM SECVNDVM

D. XXVI. NOV. MDCCLXI.

H. L. Q. C.

CELEBRANDVM

CIVITATIS
PRAECONSVLES
CONSVLES

VT ET

RELIQVOS O. O. LITERATOS

PIOSQVE LITERARVM FAVTORES

OFFICIOSE

AC CVM EA QVAE CVIQUE DEBETVR

HONORIS VENERATIONE

INVITAT

STVDIOSAM VERO IVVENTVTEM PERAMANTER

CONVOCAT

IOANNES LANGIVS

GYMN. RECT. P. P. ET BIBL.

ELBINGAE

STANNO NOHRMANNIANO.

Subl. do 566.7.

GYMNASTIC LIBRARIENSIS

NATURAL

EXTRIMAM SEXAGSIMAM SECVNDAM

EXTRIMAM SEXAGSIMAM SECVNDAM

H. L. G.

CLERICUS

CIVILITAS

PRAECONSVLES

CONSVLES

TEST

EXTRIMAM SEXAGSIMAM SECVNDAM

EXTRIMAM SEXAGSIMAM SECVNDAM

EXTRIMAM SEXAGSIMAM SECVNDAM

EXTRIMAM SEXAGSIMAM SECVNDAM

EXTRIMAM SEXAGSIMAM SECVNDAM

EXTRIMAM SEXAGSIMAM SECVNDAM

EXTRIMAM SEXAGSIMAM SECVNDAM

EXTRIMAM SEXAGSIMAM SECVNDAM

EXTRIMAM SEXAGSIMAM SECVNDAM

EXTRIMAM SEXAGSIMAM SECVNDAM

PA 8.11.57



Iste, breves versus, super alta cacumina Pindi,
 Fundati MYLIO sceptrā tenente Scholae.
 Ite per Elbingae plateas, per moenia, turres,
 Moenia Drusiaco non inhonora solo.
 Totius ad Patriae villasque, viasque, domosque
 Carpite, proximior qua via ducit, iter.
 Ite salutantes Themidos sublimia tecta,
 Aedes Mystarum, templa sacrata DEO;
 Ad Cives fama, doctrina & sanguine claros,
 Ad mercatores, artificumque domos.
 Ite pii ad quemvis patria nunc Vrbe degentem,
 Gymnasio nostro qui cupit esse bene.
 His simul ac fuerit coram data copia fandi,
 Haec brevibus nostri verba referte loco:
 Si vacat, & Vobis, PATRONI, haud est grave, nostros,
 Quos ferimus, placida sumite mente sonos.
 Centum & sexaginta duo (veneramur Jövam!)
 Effluxere anni, quēis duodena Scholae
 Exedra Gymnasii faciem tectumque coronant,
 Et nobis referunt tresque novemque deas.
 Praefuit his Rector MYLIUS post funera ROTI
 Et pater & Michael filius aequae clarus.

PASTORIVS sequitur Director laude ferendus.

Rectores iterum, qui tenuere Scholam,

Sunt CRAMER ac HOFFMANN, KOENIGVS, SARTORIVSque.

KOITSCHIADEM virtus post TVA, SEYLER, adest.

Iam quoque Magnificos narrarem Gymnasiarchas,

Queis nunc Elbingae turba novena viret ;

Sed longas prohibet sermonum texere telas,

Tempus & officii publica cura mei.

Sufficit extremi saeculi dixisse SCHOLARCHAS :

Hi sunt FEYERABEND, RHODIVS ille pater,

HOPPIVS ac CONRAD, MOELLERVS, RHODIVS alter.

Post TVA, MEINREISI, cura paterna ridet.

BRACKENHAVSIADES tandem, VNTERBERGIVS atque

LANGIVS Illustris, RAMSEYADESque Gravis.

Quae bona Gymnasio promittunt nomina tanta !

Quae Musis nostris fata domosque dabunt !

Floreat hinc aevum NVTRITORVM Ordo forensis,

Tales qui gracili mente dedere Patres !

Patribus & Civi (flagramus amore !) salutem

Dicimus, ut coeptis omnia fausta fient.

Vivant felices ! Maneant immersa sub undis

Tristitia lethaeis ! Sic Helicon a viget.

Iam coeli Domino, jam Vobis, Summe Colendi

PATRONI, grates votaqué ferre juvat.

Hinc cui Musarum pietas, cui limina docta,

Cui studiosa cohors, Pieridesque placent,

Cras ubi laetantes Encaenia nos celebramus,

Ad sacra Parnassi tecta vocatus eat.

Quod superest, versus, paucis haec addite : Lector

Aeternum salve, perpetuumque vale !

Sicuti in recensendis codicibus sacris, quos Bibliotheca Gymnasii possidet, ordinis hactenus rationem habuimus: ita ad illam jamjam BIBLIA POLONICA n) progrediendum nobis videtur, quibus, quanquam atro notanda sunt carbone, in his tamen paginis non minus, quam in publica librorum suppellectili locus vindicatur. Sunt vero ista

BIBLIA BVDNAEANA

Zaslavii, apud DANIELEM LENCICIUM,

1572 in 4to edita.

Hiscæ WIDEKIND o) non ultimum raritatis adjudicat spatium, eadem eine überaus rare Ausgabe vocans; quamvis Cel. RINGELTAVBE eadem admodum suspecta nobis reddat, inter alia ita scribens: p) Ist ein Buch rar in Polen, so ist es, Gott sey Dank! diese Bibel, welche eigentlich den Socinianern öffentlich zukommt, und die erste ist, nach ihrer Absonderung von der Reformirten Kirche in Polen und Litthauen. Simon enim BVDNY seu BVDNAEVS, cum in Bibliis, Brzesci typis expressis, quaedam imperfecta ac corrigenda se invenisse crederet, ad fontes Hebraeos & Graecos ea iterum examinavit; examinata vero NICOLAI Principis RADZIVILIORVM, ejusdemque fratrum consilio, instinctu ac impensis in gratiam Vnitariorum seu Ariano-Socinianorum publici fecit juris. Facile autem conjecturatu est, quid de illo Sacrae Scripturae editore sperare possis pietatis & religionis, qui vir dicitur ob horrendas in DEVM blasphemias execrandus, ipsissimus & teterrimus Antichristi in Lithuania anteambulo. Et talis RE-

H

SCIO

n) De quibus legi merentur, quæ SAMVEL ERNESTVS TSCHÉPIVS nobiscum communicavit in den Preussischen Zeichnen. T. II. p. 835. T. III. p. 195. 579. 755 & seq.

o) in dem Verzeichniß von raren Büchern. p. 609.

p) in der gründlichen Nachricht von Polnischen Bibeln. p. 142.

seio iudice q) fuit BVDNAEVS, hōrum Bibliorum auctor, hoc stigmate non immerito notandus: quippe divinae Christi naturae tantus exstitit hostis, ut centum & triginta argumentis ac rationibus, ex S. S. collectis, probare vellet, Christum non ab aeterno verum esse DEVM, sed nudum tantummodo hominem, a Patre in deitatem assumptum. Unius saltem speciminis gratia rationem habeamus dicti. Joanne enim c. I, 1. dicente: & verbum erat apud DEVM, BVDNAEVS hoc comma ita interpretatur, ut teste RINGELTAVBIO r) per λόγον hominem intelligat interpretem, & πρὸς τὸν Θεὸν ei significet ad DEVM, ut hic inde eveniat sensus: Christus interpres caro i. e. homo mortalis factus, ad DEVM Judaeos convocavit, tandemque occisus est. Haec Socinianorum Biblia s) animo menteque liberali a VIRO Generoso, Amplissimo Consultissimoque Domino GEORGIO LAND, Consule Civitatis patriae Gravissimo, tum vero Secundi, ut vocant, Ordinis Seniore inter alia A. 1754 Bibliothecae sunt oblata. Dolendum vero, quod haec Biblia nostra a capite lacera & imperfecta appareant, rubro primisque illorum foliis deficientibus. Addimus vero illis sequentia:

BIBLIA SWIĘTA:

*To jest, Księgi Starego y Nowego Przymierza &c.
we Gdansk w Drukárnię Andrzejá Hune-
feldá Roku MDCXXXII.*

Haec Bibliorum Polonicorum editio, quam, multis alias modis emendatam, praeter DANIELEM MIKOLAIEVIVM & THOMAM WENGERSCIVM, PAVLVS PALIVRVS Gedani in octavo in manus dedit hominum.

q) in tr. de Atheismis & Phalerismis Evangelicorum, add. RINGELTAYBE l. c. p. 151. 152.

r) l. c. p. 157.

s) de quibus plura videtis in CHRIST. SANDII Bibliotheca Antitrinitariorum. p. 55 & 201.

165
num, est illa, quae tristissima fortunae subiit fata, eamque ob causam WIDEKINDO iudice t) raros inter libros accepit locum. Decem enim correctoribus quaelibet plagula, ad limandum corrigendumque eam, septies tradebatur, ne error typographicus in eadem inveniretur ullus. Quo tamen non obstante, quam facile & multis sit errare, versus primus c. IV. Matthaei nos docet. Cum enim Evangelista dicat, Jesum a Spiritu in solitudinem seductum esse, ut a diabolo tentaretur, in hoc codice, literis d & o transpositis, non od dyablá a diabolo, sed do dyablá ad diabolum legitur. Haec incuria, hic error inhibitionem judicalem, anathema, ignemque his conciliavit Bibliis, ita ut multa illorum millia, etiamsi cum gratia & privilegio S. R. M. edita, & VLADISLAV SIGISMUND, Polonorum Regi, dicata erant, flammis consumerentur, inde quatuor, quinque, imo sex solidis imperialibus saepe venire solent, rariora admodum facta. u) Duplex praemissa est praefatio, quarum posteriorem Superattendentes & Pastores Ecclesiarum, a reformatione nomen trahentium, NICOLAI RADZIVILIS RVFI Nepoti, Domino CHRISTOPHORO RADZIVIL S. R. I. Principi Illustrissimo; priorem vero VLADISLAV IV, Poloniae Regi, tanquam pretiosissimum donum tribuerunt. In fine autem N. T. una cum historia passionis J. C. & destructae civitatis Hierosolymae, insimul MATTH. RYBINSKI Psalmi LOBWASSERI sunt additi. w)

Sequitur NOVVM TESTAMENTVM POLONICVM, & Latino & Polonico titulo ornatum, quorum ultimus sic se habet:

H 2

Páná

t) l. c. P. I. p. 610

u) vid. RINGELTAVBE l. c. p. 221 & 278. it. LILIENTHALS *exeger. Bibl.* T. I. p. 118.

w) Qui alias in his Bibliis deprehenduntur errores, videbis apud RINGELTAVBIVM l. c. p. 270 &c.

Páná nášzego Jezusá Kryšusá
NOVEGO TESTAMENTV &c.
in Thorunio przez Melchiorá Neringá, 1585.

Hoc N. T., quod in 4to prodiit, duabus absolvitur partibus, quarum prima quatuor Evangelistas & acta Apostolorum; altera vero eorundem epistolas & Apocalypsin Joannis includunt. Laudatus modo RINGELTAVBE varia hac de editione refert notatu digna, x) eam scilicet admodum raram ex Bibliis, quae Bresciae Lithuanorum quondam lucem adspexerunt, omiſſis annotationibus petitam eſſe, in praefatione ejus pastorem ad amorem verbi divini contineri admonitionem, & denique indicem pericoparum dominicalium illi additum eſſe. Nullius vero nomine praefationi subscripto, idem RINGELTAVBIUS statuit, hanc N. T. editionem non tam cura Generosi ac Amplissimi HENRICI STROBANDTI, de Republica & Gymnasio, quod Thorunii floret, optime meriti, nec ullius ex Ministerio, A. C. non variatae addicto, quam peregrinorum potius, tum temporis ibidem commorantium, auspiciis prodiisse. Quod denique nostrum attinet codicem, illum ex libris IOANNIS BARTHII fuisse, manus autographa, in capite illius A. 1606 addita, nos reddit certiores.

Praeter hoc aliud adhuc in Bibliotheca Gymnasii deprehenditur N. T. Polonicum, grandiore literarum caractere impressum, ejus titulum, cum in codice, qui in Bibliotheca Amplissimi Magistratus Regiomontani exstat, teste RINGELTAVBIO y) desideretur, addere juvat totum. Sic vero ille, cujus verba partim ex nigris, partim aureis, nonnullis etiam minio notatis constat literis, sese habet:

NO-

x) l. c. p. 160 &c.

y) l. c. p. 163.

*Albo Księgi Przymierza nowego: Páná Jezusá Krysfusá
Syná Bożego, Zbawiciela swiátá. Teraz z wielką
pilnością y pracą przejrzáne y wydáne.*

W Wilnie, u Jakubá Márkowičzá, Roku 1593.

Hoc N. T. Illustri Palatino Brzesciensi, CHRISTOPHORO ZENOWICZ & Gratióssimo Castellano Zamoiscensi, NICOLAO NARVSSEWITZIO, quorum insignia natalitia insimul addita conspiciuntur, versibus adscripsit Polonicis IOANNES KOZAKOWICZ. Quos excipit ipsa a MIKOLAY JURIEWICZ ZENOWICZ, cujus sumptu hic liber publici factus est juris, ad laudatos modo Maecenates scripta praefatio, in qua inter alia testatur auctor, Lithuaniam semper ex Senatoribus magnum S. S. Patronorum ac Promotorum vidisse proventum. Denique scias, hanc N. T. editionem cum illa Bibliorum Brzesciensium translatione in omnibus convenire, & a beate defuncto Domino GEO. DAN. SEYLERO, Gymn. quondam Elb. Rectore ac P. P. Doctissimo, post fata etiam Colendo A. 1736 Bibliothecae libris insertam esse.

Omissis, quae idiomate Polonico prodierunt, Bibliis, ad BOHEMICA progrediendum est. Illa vero, quae ex his in Bibliotheca Gymnasii exstant, sequenti ornata sunt titulo:

BIBLI SWATA.

*gest, Knibá wńz se wssceka Pisma Swaká Starébo y Noweho
zakona zdržugi: w nowé wtyštěna a wydána,
Lěta Páně MDXCVI. in 8tavo.*

Ea fratrum Bohemicorum in adornandis Bibliis non minus quam in pietate promovenda fuit cura, eaque sollicitudo, ut etiam ad novam utriusque Testamenti versionem, sua i. e. Bohemica lingua conficiendam, fontibus conformem, animum applicarent. Dividebatur ergo labor ille biblicus praestantissimos inter linguarum sanctarum

peritos, M. scil. ALBERTVM NICOLAVM Silesium, LVCAM HELICAEVM, ex sanguine iudaico prognatum, IO. AENEAM, ESAIAM CAEPOLLAM, GEO. WETTERVM, aliosque, quos le LONG fusius indicat. z) Quo vero his Bibliorum Bohemicorum, quae opus quatuordecim annorum fuerunt, auctoribus nec sumptus nec habitacula deessent, ubi labori sacro in pace ac quiete vacare possent, IOANNES ZERO-TINVS Baro a Nametz, erecta in Castello Kralitz dicto in Moravia officina Typographica, eos & patrocínio & munificentia sua dignos ibidem iudicavit. Haec Biblia, quae primum ab A. 1579-1593 per partes prodierunt, saepius sunt recusa. Ea vero, quae in Bibliotheca Gymnasii conspiciuntur, & a WIDEKIND a) eine sehr rare Ausgabe vocantur, est editio illorum tertia, quam ex auctione Dom. SAMVELIS DEUBLINGERI, Med. Doct. & Membri Dicasterii novae Civitatis Spectatissimi ab A. 1737 emptionis jure Athenaeum sibi vindicat.

His subjungo BIBLIA ANGLICA, quorum titulus est:

*THE HOLY BIBLE,
CONTEYNING THE OLD TESTAMENT
AND THE NEW &c.*

Imprinted at London by ROBERT BARKER. 1612. 4to.

Ex quo & Magnae Britanniae cives non ultimi inter eos esse voluerunt, qui Sacram Scripturam ex Hebraeo & Graeco in Anglicum converterunt sermonem: praestantissimi Britanorum diti de nova versione edenda vario solliciti fuerunt tempore. Hinc Biblia Tyndaliano-Coverdaliana, b) quae prima fuerunt ex fontibus ab Anglicanis in linguam suam conversa, excipiebant illa THOMAE MATTHAEI, Matthews-Bibel dicta. Haec sequebantur Tig-

z) in *Bibl. sacra.* P. II. p. 350 &c.

a) l. c. p. 437.

b) conf. le LONG in *Bibl. sacra.* P. III. p. 322.

Tigurina & Genevensia, ab Anglis tempore Reginae MARIAE ibi exulantibus edita. Post haec vero lucem adspexerunt Episcopalia, (Bishops-Bibel,) quorum omnium dignitatem ac usum versio Regia (Die Königsbibel) adeo obscuravit inumbravitque, ut reliqua in posterum nullius aut exigui saltem apud Anglos fuerint pretii. Sic enim WIDEKIND scribit: c) Die Ursache von der Seltenheit der Bischofsbibel ist, weil man sie seit der Zeit nicht mehr geachtet hat, da die von Jacob I. veranstaltete Königsbibel zu Stande gekommen. In Bibliis his regiis conficiendis quadraginta septem Theologi in Anglia doctissimi praestantissimique, electi & variis classibus distributi ab A. 1604 ad 1611 usque defudarunt, omni opera omnique studio in hoc opus collato, d) quo tandem anno sc. sequenti 1612 eadem partim in fol. partim in 4to regiis sumptibus prodierunt. Plurima magnae eruditionis peritiaeque in linguis originariis, acuminis & iudicii plusquam vulgaris specimina in hac occurrere versione, fatetur Cel. POLVS, e) adeo ut, teste WALTONE, f) omnes inter Europaeas translationes haec emineat Anglicana. Hinc KORTHOLTUS auctor est, g) Anglos Episcopales eadem hodie adhuc in conventu publico uti, praeter psalterium, quod ex veteri sub EDVARDO VI. condita versione legunt. Et haec regia ac egregia Biblia sunt ea, quae in supellectili Gymnasii libraria Bibliotheca exhibet MEIENREISIANA.

Praeter haec duplex adhuc Bibliorum Anglicanorum datur Codex, quorum alter 1618, alter vero 1621 apud BONHAMVM NORTONEM & IOANNEM BILL, chalcographos, Londini in 8vo prodierunt. Dum vero utraque haec Biblia IACOBI I, Regis Angliae auspiciis typis madata, versionis Regiae nomine veniunt, ea quae

c) l. c. p. 487 - 492.

d) vid. le LONG. l. c. p. 331.

e) in *praefat. ad Synopsin Critic.*

f) in *appar. Bibl. prolegom.* 5 sub f.

g) in *tr. de variis Script. edit.* c. 27. p. 355.

quae de iisdem modo dicta sunt, & h. l. repeti possunt omnia. Illa vero de 1621 ex librorum apparatu sunt THOMAE ROTI, Rectoris quondam Elbingensis, quem Amplissimus ac Generosus Civitatis Magistratus emptionis jure comparatum, Gymnasii Bibliothecae munificentissime obtulit.

Sequitur codex Sacrae Scripturae Suecicus, hoc ornatus titulo :

B I B L I A.

Thet åhr: Hela then Helga Schrift På SWENSKA, med utgående Verser samt 2c.

Tryckt; Leyden, hos JACOB MARCI. 1636., in 8vo.

Nec ultimam Suecorum in promovenda pietate per S. S. typis expressam h) fuisse religionem, auctor est IO. ERICHSON. i) Quippe non GVSTAVVS modo I, Suecorum Rex, Biblia ex versione LVTHERI Germanica in idioma Suecicum transferri jussit, sed eadem etiam revisa GVSTAVVS ADOLPHVS suis sumptibus in forma portatili typis prodire voluit, quo & domi civibus, & in castris praecipue militibus usui forent. Cujus vestigia premens CHRISTINA, Suecorum Regina aliam Bibliorum editionem, diplomate Regio stipatam, 1637 itidem Lugduni in lucem emitendam curavit, cujus exemplaria fere omnia in naufragio periisse dicuntur. k) Noster codex, qui in titulo anteriori 1636 prodisse legitur, quamvis posteriores tam V. quam N. T. praemissi annum 1635 habeant, post rubrum exhibet insignia Regum Sueciae, ut & Comitum ac Baronum de OXENSTIERN, de la GARDIE & de GYLDENHIELM arma gentilitia, quorum nominibus haec adscripta sunt Biblia.

Ju-

h) vid. le LONG. l. c. P. II. p. 292.

i) in der Schwedischen Bibelhistorie.

k) conf. le LONG. l. c. P. II. p. 295. & VOGTIVS in catal. libr. rar. p. 124.

Von redenden Wapen.

Der Vorredner,

IOANNES CHRISTIANVS MIRITZ,

voller Freude über die erwünschte Gegenwart der Höchst- und Hochgeehr-
testen Anwesenden, bittet den angehenden Rednern ein
geneigtes Gehör aus.



IOANNES BENEDICTVS LANGE

handelt vom Ursprung der Wapenbilder.

Chor.

Auf Anrathen des
Johann Jacob Frommen
erwählet sich zum Wapenbild

Carl Friedrich Braun
Samuel Gottfried Tiehsen
Ephraim Zimmermann
Johann Nathanael Zobel
Johann David Haugmann
Johann George Endersch
Johann Schönenberger
Johann Gottfried Hingelberg
Johann Ephraim Tischler
Gottfried Dauter

einen Schweizerhuth,
des Mercurii Stab mit Augen,
ein Schiff mit vollen Segeln,
einen goldenen Becher im Nebenfranz,
ein Schwerdt mit Lorbeern umwunden,
zwo Lanzen in Form eines Andreas Kreuzes,
ein Pferd mit Sattel und Pistolen,
ein Lamm mit der Siegesfahne auf einen Berg,
eine Himmelskugel im blauen Feld,
ein goldenes Eins mit Nullen umgeben.



DAN. ABRAHAM BAEHRHOLTZ

stellet die Wapenkunst vor,
begleitet von

CAR. FRID. RAMSEY
IO. HENR. IVNGSCHVLTZ
MICH. WILH. TORNIER

einen Herold aus Wien,
einen Blasonist aus Paris,
einen Wapenkönig aus London.

Chor.

Chor.

Die von Johann George Land aufgeworfene Frage:
Ob die Wapen auch einen gewissen Grund haben?
bejahen nachfolgende dergestalt, daß

Theodor Johann Dilla	} sie ausge- ben für ein Zeichen	der vornehmen Herkunft,
Johann Jacob Meienreiß		der Oberherrschaft,
Samuel Gottlieb Baum		des Eigenthums und der Präension,
Johann Convent		der ehemaligen Kreuzzüge nach dem gelobten Land,
Johann Heinrich Bräcke		der Tapferkeit,
Johann von Koldum		der Gelehrsamkeit,
Sigismund Nicol. Tolkemit		der Religion,
Daniel Meienreiß		eines angesehenen Amts,
Daniel Gottfr. Ranngießer		eines glücklichen Zufalls,
Wilhelm Heinrich Kluge		der treuen und guten Verdienste,
Johann David Buschwald		der Fruchtbarkeit.

Für welchen Unterricht abermahls Johann George Land danket, und
zur Nachahmung der Tugend anmahnet.

*

*

IOANNES CHRISTOPH. ROSKAMPFF

redet von den unterschiedenen Arten der Wapen.

*

*

FRIEDRICH TRAVGOTT LANGE

und

GEORGE LEBRECT LAND

untersuchen, was redende Wapen seyn.

Chor.

Vom Alter der redenden Wapen sprechen

Theodor Michael Sieffert,
Hans Wilhelm Horn,
George Boguslaw Gottel,
Gottlieb Albrecht Gottel,
Johann Ernst Kerbein.

*

*

Von dem, was die Kayserlichen und Königlich Wapen redendes an sich haben,
halten ein Gespräch

CHRIST. LVDW. BVRCHARD, IO. IAC. SCHROE-
TER, CHRISTOPH GOTTL. PORSCH.

Chor.

Chor.

169

Nachfolgende reden vom Ursprung und der Absicht, die Wapen in den Kirchen
aufzuhängen:

IO. IAC. BAVM,
IO. HENR. AMMELVNG,
FRID. ERNST HORN,
ALEXANDER IACOB KIEDT.

Chor.

Auf geschehene Anfrage des Daniel Gottlieb Achenwalls
handeln nachsichende, und zwar

Iohann Iacob Lange	von den	Chursfürstlichen	}	redenden Wapen.
Michael Fromm	— —	Fürstlichen		
Iohann Iacob Mündler	— —	Herzoglichen		
Samuel Teschner	— —	Republicanischen		
Iacob Stellmacher	— —	Gräflichen		
Iacob Pofelger	— —	Adelichen		

wie auch

Dan. Gottfr. Wilner	von einiger	freyen Reichs- und	}	preussisch. Städte
Ioh. Gottl. Grüttner	— —			
Franc. Willh. Mündler	— —			



Worauf

Iohann Ferdinand Iungschultz mit wenigen gedenket an die redenden Wapen:
zierathen, als redenden Helme, Orden
und Wapenhalter;

Iohann Heinrich Burchard aber beantwortet die Frage: Ob in den redenden
Wapen auch etwas vorzügliches ange-
troffen werde?



Wem es zukommt Wapen zu führen,
untersuchen

PAVL POMIAN PESAROVIVS,
GEORGE EPHRAIM STELLMACHER,
GOTTFRIED GVTTCKE.

Bon

* *

Von den lebenden Wapen in Elbing geben eine
kurze Nachricht

HENR. ERNESTVS GOELL,
FRID. WILHELM ZICKS,
ERNEST. ANDREAS MVEHLBERG.

Chor.

Warum zweyne Engel zu Schildhaltern des Elbingischen Stadtwapens erwählt
worden, entdecken

Alexander Herrmann Riedt,
Johann Annuske,
Johann Jacob Kluge,
Franciscus Theodor Brüttner.

Nach welchen

Thomas Christlieb Achenwall
Herrmann Jansen von Zongerloo
Johann von Neaus
Johann Gottfried Gerwich

den Regentenengel Michael,
den Kirchen- und Schulengel Gabriel,
den Hausengel Raphael,
alle Engel und Himmelsheer

auffordern, dem gemeinen Wesen Friede, Segen und alles Wohlergehen
durch ihren Schutz weiter angedeyen zu lassen.

* *

Der Nachredner

IOANNES THEODOR MVEHLBERG

stattet an alle resp. Höchst- und Hochgeehrteste Musengänger und
Freunde, im Rahmen der sämtlich Studirenden, den ver-
pflichtesten Dank ab, und empfiehlt dieselbe zu
fernereu Wohlgewogenheit.

